

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Ohm Petrus Vietorius

## **Disputatio Secunda De Inofficio Testamento**

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730621537>

Druck Freier  Zugang



Chr. Ohm (P. Victor) <sup>Kurt</sup> /g.  
R. U. im 1612.



DISPUTATIO SECUNDA  
DE  
INOFFICIOSO TE-  
STAMENTO,

*Quam*

D. O. M. A.

Permissu & Auctoritate Amplissimi ordinis  
Juridici in inclytâ Rosarum Academiâ

PRÆSIDE

Clarissimo & Consultissimo Viro

Dn. CHRISTIANO DHM F.V.D.

publicè defensuris est

P E T R U S VIETOR

Rhodopolitanus.

Ad diem 8. Ianuar. in Acroasi majori initio  
herâz. matutinâ facto.



ROSTOCHII

Typis exscriptis JOACHIMUS PEDANUS  
Anno M. DC. XII.

Wilhelm-Pieck-Universität  
Rostock  
Universitätsbibliothek  
25 Rostock  
Universitätsplatz

DISPUTATIO  
De Inofficiose Testamento.

THEISIS I.

**B**Ropositis judicij sequuntur congruenter actiones, quibus judges addicuntur. Et quia actiones vel in rem vel in personam sunt. Illæ rursus vel de universitate, vel de rebus singulis, de illis primum videbimus. *Cujac. in parat. ff. de inoff.*

I I.

Eius generis sunt actiones, quæ ad petendam hereditatem proponuntur, & vel ex causâ inofficiose testamenti l. 20. ff. h. t. de quâ pro tempore: vel ex alijs causis, puta in justi rupti irriti testamenti, dantur. *Cujac. d. loc.*

I II.

Inofficiosum testamentum est, in quo liberi, vel parentes, vel fratres immeritò ex heredati sunt vel præteriti. *Cuj. in pr. C. h. t.*

I III.

Nam quia parentes malignè circa sanguinem suum inferunt judicium, plerumq; novocalibus delinimentis instigationibusq; corrupti l. 4. ff. h. t. introductum est remedium extraordinarium *J. s. J. h. t. impugnandi testamentum per querelam inofficiose. pr. J. b. t.*

V.

Quo Jure hæc quærela introducta controvertunt interpres, jure non scripto non incommodè introducta dici posse videtur. *arg. l. 8. ff. de bon. poss. contr. tab.*

A 2

E:

## VI.

Et est jus, quo testamentum inofficium rescinditur,  
& ad hereditatem legitimam aditus preparatur. l. 17. pr. l.  
25. §. 1. l. 20. ff. b. t.

## VII.

Non tamen querela separanda à petitione hereditatis, uno n. eodemq; judicio & rescinditur testamentum quasi inofficium, & petitur hereditas ab intestato. l. 34.  
C. b. t. Vbi Cuj. in par.

## VIII.

Vnde querelam cum petitione hereditatis in uno eodemq; libello cumulari posse concluditur. d. l. 34. junc. l. 20. ff. b. t.

## IX.

Competit a. querela primo liberis utriusq; sexus injuria exhereditatis, aut iniquè præteritis pr. J. b. t. l. 5. ff. b. t.  
sive sui sint, sive emancipi pati. l. 23. ff. b. t. siue sint naturales & legiti sive legitimi tantum, puta adoptui, modò  
sint in potestate adoptantis. §. tam a. J. b. t. l. pen. C. de  
Adopt.

## X.

Filius tamen emancipatus præteritus honor, possessio  
nem contra tabulas petere potest, queri a. de inofficio  
testamento non poterit. l. 23. pr. ff. b. t.

## XI.

Arrogatus, qui beneficio D. Pij quartam habet, à  
querelâ removetur. l. Papianus. 8. §. 15. ff. b. t.

## XII.

Posthumo quin jure veteri querela competierit, non  
est dubium §. 1. J. de exher. lib. §. 2. J. b. t. Cum v. jure  
novo exheredari nequeat, querelam cessare verius videtur.  
N. 115. c. 3. in pr. Cujac. ad l. 4. de lib. & postb.

## XIII.

Liberi naturales tantum contra matris, nisi sit illustris,  
aut aui

**aut auti materni testamentum de inofficio agere possunt.**  
*l. pen. C. ad S. C. Orf. c.*

**X IIII.**

**De inofficio testamento matris spurij quoq; filij dice-**  
**re possunt. l. si suspecta. 29. ff. h. t.**

**X V.**

**Secundò liberis non extantibus querela competit pa-**  
**rentibus utriusq; sexus adversus testamenta liberorum tam**  
**sui juris quam emancipatorum. l. 1. f. h. t. l. 14. ff. h. t.**

**X VI.**

**Nam etsi parentibus non debeatur filior. hereditas**  
**propter votum parentum & naturalem erga filios charita-**  
**tem, turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parenti-**  
**bus quam liberis piè relinquidebet. l. 15. ff. h. t.**

**X VII.**

**Planè non tantum jure veteri sed etiam novissimo in**  
**linea descendenti & ascendi quarelam inofficio locum**  
**habere statuimus. Cujac. ad N. 118.**

**X VIII.**

**Excipitur militare testamentum: illud n. quarelæ non**  
**subjacet, siue jus vetus siue jus nouum spectemus. l. 9. &**  
*l. fini. C. b. t..*

**I X X.**

**Porro injustè exheredantur liberi & parentes, nisi ex-**  
**hereditatio excusis in Novell. 115. c. 3. & 4. express. facta**  
**fuerit. Quas tamen ad similes vel maiores extendi posse**  
**placet. arg. l. non possunt ff. de ll. Cujac. ad N. 18.**

**X XI.**

**Tertiò competit querala fratribus & sororibus ger-**  
**manis & consanguineis, si scripti heredes infamiæ, vel tur-**  
**pitudinis vel leuis notæ macula aspergantur, adversus te-**  
**stamentum fratris vel sororis. Veterini v. penitus arcentur,**  
*D. non a. 1. f. b. t. l. 27. C. b. t.*

**A 3.**

**XXI. Hinc**

## XXI.

Hinc fraternum testamentum, in quo spurius institutus est, per querelam non posse rescindi putamus. *Palaeo. tract. de Notb. & spur. c. 55.*

## XXII.

Vltra fratres uel sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere, & secundum Vlpianum melius facerent si se sumtibus inanibus non vexarent cum obtinere spem non habeant. *S. i. J. b. t. l. i. ff. b. t.*

## XXIII.

Fratrum filij cum patruis patruo per querelam intestatio facto non succendunt, si parens filium per querelam fecit intestatum.

## XXIV.

Ad heredes quoq; querela transmittitur, & quidem à liberis ad suam posteritatem indistincte et si preparatio facta non sit *l. 34. C. b. t.* ab alijs non nisi præparata. *l. 6. S. ult. & l. seq. S. ult ff. b. t. l. s. C. cod.*

## XXV.

Filio à patre exheredato, causâq; ingratitudinis probata, nepotem ex sua personâ non admittendum ad officiosi querelam arbitramur, *l. si quis. 34. C. b. t. Cujac. ad l. 6. ff. de injust. rupt. irrit.*

## XXVI.

Quod si transactione finita fuerit querela, & placitis non steratur, instaurari ab heredib. nequit. *l. 6. C. b. t.*

## XXVII.

Datur a. querela adversus heredes institutos *l. 15. S. fin. ff. b. t. cujuscunq; conditionis & dignitatis fuerint l. 5. S. 2. ff. b. t.* directos vel fidei commissarios *l. 1. C. b. t.* & eos qui heredis locum obtainent, ut est successor heredis *l. 10. ff. b. t.* & fiscus qui bona occupat. *l. 10. C. b. t.*

Sed

### XXVIII.

Sed si Filius exheredatus in possessione sit hereditatis, scriptus quidem heres petet hereditatem, filius v. in modum contradictionis querelam inducat, quemadmodum ageret si non possideret, sed peteret. l. 8. §. 13. ff. b. t.

### XXIX.

Proponitur querela hoc colore etiam hodiè, quasi non sane mentis fuerit testator cum testamentum ordinaret, sed hoc dicitur non quod verè furiosus sit, sed rectè quidem testamentum fecerit, non a. ex officio pietatis. Nam si verè furiosus sit, nullum testamentum est. pr. J. b. t. l. 2. ff. eod.

### XXX.

Et quidem hodiè in differenter legitima exhereditatis probatio heredi incumbit. N. us. c. 3. cum olim querelam instituentem probare oportuerit l. 5. §. 1. ff. b. t.

### XXXI.

Effectus querelæ est, ut probatâ causâ, declaretur testamentum in officiis eoq; rescisso, de jure novo sole heredum institutiones, reliquis articulis saluis manentibus infirmantur. N. us. C. 3. in fin.

### XXXII.

Testamento tamen ob præteritionem liberor. ipso iure nullo, neq; libertates competunt, neq; legata prestantur. l. filio. 17. ff. de iniust. rupi. Cujac in l. 4. ff. de lib. & posth.

### XXXIII.

Cessat querela relictâ legitimâ totâ vel ejus parte J. b. t. Ut tamen id quod minus portione legitimâ relatum est ad implendam eam sine villo gravamine vel morâ exigere liceat. l. 30. pr. C. b. t.

### XXXIV.

Tollitur prescriptione quinquennij, quod ab aditâ

aditâ hereditate computabitur. *l. contra. 16. l. 34. in fin.*  
*C. b. t.*

### XXXV.

Qui post rem inofficiosi ordinatam litem dereliquit,  
postea non auditur. *l. 8. §. 1. ff. h. t.* Non n. sufficit li-  
tem instituere, si non in ea perseveres. *l. 15. §. 1. ff. h. t.* nisi  
fraude heredis scripti adductus fuerit. *l. 21. pr. ff. h. t.*

### XXXVI.

Similiter cum quis repudiantis animo non venit, ad  
accusationem inofficiosi. *l. 17. ff. h. t.* Vel eidem tacita  
dissimulatione renunciauit, cessat querela. *l. 1. C. de in int.*  
*rest. minor.*

### XXXVII.

Idem obtinet, si judicium defuncti quis simpliciter a-  
gnouerit, puta quod relictum vel donatum est accipiendo  
suo non alieno nomine. *l. 8. §. 10. ff. h. t. l. 35. §. 2.*  
*C. b. t. l. 10. §. 1. ff. h. t.*

## C O R O L L A R I A.

I.

*Si quis in via publica spoliatur, an Dominus*  
*loci qui ibi regalia habet, & ad quem via pro-*  
*tectio pertinet, damnum resarcire teneatur?*

II.

*An jus Venandi Regalibus adnumeretur?*


III.

*An Vasallus Domino fidelitatem jurare*  
*teneatur contra suum patrem?*



[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730621537/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730621537/phys_0012)

DFG



### XXVIII.

exheredatus in possessione sit hereditatis, heres petet hereditatem, filius v. in mononis querelam inducat, quemadmodum sideret, sed peteret. l. s. f. 13. ff. b. t.

### XXIX.

querela hoc colore etiam hodiè, quasi non sit testator cum testamentum ordinaret. Non quod verè furiosus sit, sed rectè qui fecerit, non a. ex officio pietatis. Nam t, nullum testamentum est. pr. f. b. t. l.

### XXX.

hodiè in differenter legitima exhereditatio di incumbit. N. ns. c. s. cum olim que n probare oportuerit l. s. f. 1. ff. b. t.

### XXXI.

relæ est, ut probatâ causâ, declaretur te riosum eoq; rescisso, de jure nouo solæ ones, reliquis articulis saluis manentibus l. s. C. 3. in fin.

### XXXII.

amen ob præteritionem liberor. ipso ju rates competunt, neq; legata prestan ple iniuss. rups. Cujac in l. 4. ff. de lib. &

### XXXIII.

relictâ legitimâ totâ vel ejus parte f. s. d quod minus portione legitimâ reli dam eam sine vlo gravamine vel morâ . pr. C. b. t.

### XXXIV.

rescriptione quinquennij, quod ab aditâ